Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



88

lite itaq; amittere fidenciam uestram quae magnam habet remuneracionem Patienciam enim nobis necessaria est: ut uoluntatem dei facientes reportetis promissionem Adhuc enim modicum aliquantulum qui uenturus est ueniet: et non tardabit Justus autem meus ex

Fres Sancti p Ad hebreos fide uicerunt fidem iuserunt regna: operati sunt iustitiam: adepti sunt repromissiones Obturauerunt ora leonum extinxerunt impetum ignis: effugauerunt aciem gladii: conualuerunt de infirmitate: fortes facti sunt in bello: castra uerterunt exercituum Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos: alii autem distenti sunt: non suscipientes redempcionem ut meliorem inuenirent resurrectionem Alii uero ludibria et uerbera expti insuper et uincula et carceres lapidati sunt: secati sunt temptati sunt in occisione gladii mortui sunt Circuierunt in melotis in pellibus caprinis egentes: angustiati: afflicti quibus dignus non erat mundus: in solitudinibus errantes et montibus et speluncis et in cauernis terre Et hii omnes testimonio fidei probati inuenti sunt: in xpo iesu domino nro Ad Thessalonic

Fres Gracias agere debemus deo semper pro nobis ita ut dignum est quia supercrescit fides uestra et habundat caritas unius cuiusque omnium uestrum in inuicem: ita ut et nos ipsi in nobis gloriemur in ecclesiis dei Patienciam uestram et fide in omnibus persecu